

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LI. Sit in officio suo fidelis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

cles. Lib. II. cap. III. pag. 13. Nemo itaque de
suis viribus præsumat, sed quicquid potest
aut præstat, in solidum Deo acceptum ferat.
Quantò plus nobis arrogamus, tantò plus
Deo suffuramur. Intumescens in donis gra-
tiæ, v. g. quod sanctus sit, quod fructum
faciat in vineâ Domini, quod afficiat animos
hominum &c. ille infamis fur est, divini ho-
noris ac gloriæ turpissimus depeculator.
Magna quidem fateor, est *δεδόλω* in his
terrâ dignitas, Luc. X. 16. in ipsis tamen
maximoperè commendatur vox hæc; *Nos
quid sumus?* vel illud Davidis; *Et quis ego,
aut quæ domus Patris mei?* 1. Paral. XVII. 17.
aut hoc Abrahami; *pulvis sum & cinis.* Gen.
XVIII. 27. aut denique istud S. Pauli 2. Cor.
XII. II, NIHIL SUM.

LI.

Sit in officio suo fidelis.

Εὐχριστος.

PLurima quidem in illis, quibus do-
ctrinæ coelestis thesauri dispensandi
sunt concediti, requiruntur, sed caput
omnium est FIDELITAS. Hæc sup-
ponit alia omnia; legitimam Vocatio-
nem, fidei rectitudinem, vitæ integritate-
tem, scientiam sufficientem, docendi facultate-
tem, studium & laborem. *Sic nos existimet ho-*

mo,

no, inquit Gentium Apostolus I. Cor. IV. I. & 2. ut *Ministros Christi & Dispensatores Mysteriorum Dei.* Quod super est autem, hoc requiritur in dispensatoribus, ut *causæ, fidelis aliquis inveniat.* Quo pertinet dictum Christi Matth. XXIV. 45. 46. & Luc. XII. 42. 43. *Quis putas, est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus in tempore* ὅταν ἡς διακονῶν αὐτοῦ, (abstractum pro concreto,) *super famulitium suum, seu super totum gregem reliquum ministrantium; Syrus reddidit, super filios domus, i. e. domesticos suos, (Regius Codex legit οἰκετίας, per quam itidem intelliguntur, οἰκεῖς sive domestici) ut det illis in tempore τὸ οἰκονομεῖν,* (Gen. XLVII. 12. LXX. verbum οἰκονομεῖν usurpant de Josepho, familiam Patris & fratrum suorum in Aegypto alente & pro numero liberorum, & pro ratione corporis unius cujusque, illis victum distribuyente,) *tritici mensuram. Beatus servus ille, quem, cum venerit Dominus ejus, invenerit facientem ita. Fidelis Oeconomus est, qui non remissus ac deses est in demandato sibi officio; qui candide, sincerè, diligenter & magno studio illud exequiritur, nihil præter vel contra voluntatem Domini sui gerit, mutat, innovat, qui oportuno tempore cuncta administrat; omnium utilitati sese conformat, ac de-*

niqve omnia ad Domini honorem refert. Sic
 quoq; fidelis Oeconomus in Domo Dei, i. e.
 Ecclesia, non qverit qvæ sua sunt, sed qvæ ad
 gloriam Dei & salutem auditorum suorum
 faciunt, 2. Cor. XII. 14. absqve fugo & fraude
 ac debitâ curâ & diligentia Ministerio suo
 fungitur. Non tam accipit, qvàm dat & dis-
 pensat, nec venenum errorum hæreticorum,
 sed doctrinam sanam & veram, qvæ sola est
 animæ ^{τροφή}, distribuit. Qvàm molestus Hero
 servus est piger, tam Hero cœlesti ingrat⁹ est
 Minister Ecclesiæ ad iussa divina oscitans. Pro-
 be itaq; perpendant Evangelii Præcones, se
 esse Regis Regum legatos, Domini nostri JE-
 SU CHRISTI servos, Cœlestis Patrisfamilias
 Oeconomos, ac proinde in officii sui partib⁹
 omnibus ac singulis Deo ac Ecclesiæ fide-
 litatem suam demonstrant, ac debitam dili-
 gentiam adhibeant. Sciant, se versari in con-
 spectu tremendæ Majestatis; Sciant totam SS.
 Trinitatem diligenter ad Ministerium ipsorū
 attendere, ac muneris peracti rationem ali-
 quando severe exacturam esse. Non transeat
 dies, hora, momentum, qvin de reddendâ ra-
 tione mentem subeat cogitatio! Sciant curâ
 & fidei suæ commissos esse homines, inæsti-
 mabili Dei amore ab æterno dilectos, pretio-
 so Filii ipsi⁹ unigeniti sanguine redemptos, ut
 præ-

præconio Verbi divini, Spiritu S. operante, illos illustrent, & ad æternam salutem informant ac perducant; Cogitent, quod pro animabus illorum Christo Judici rationem sint reddituri in magno illo iudicii die, Hebr. XIII. 17. & quod sanguinem, ipsorum negligentia pereuntium, de manu eorum requisitus sit Jehovah, Ezech. III. 20. Observetur ante oculos, animumq; ipsorum perpetuò fulmen maledictionis, quod Deus intentat illis, qui officii sui rationes frigide & negligenter exequuntur, Hierem XLVIII. 8. *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter, vel ut alia lectio habet, fraudulentè.* Quippe fraudulentus est incuriosus Ecclesiæ Doctor, qui suæ negligentia culpâ Deû gloriâ, animas fructu, Verbum Dei suâ vi fraudat. *Fraudulenter* significat h. l. negligentiam seu teporem in exequendo, inquit B. D. Hülsemannus Com. in h. l. p. 854. ut patet ex oppositione Proverb. XII. 4. *Mans fraudulenta operatur egestatem & sedula ditescet, & postea p. 858. Maxima maledictio impendet eis, qui in demandatâ animarum cura negligentes sunt, ut patet exëplo Jeremie XX. 9. Pauli I. Cor. IX. 16. Apud Ezech. cap. xxxiv. 2. seq. Deus gravissimas adhibet minas contra Pastores, qui seipsos pascunt, nō gregem. Ve, inquit, pastoribus, qui pascunt semetipsos, lac comedunt,*

dunt, operiuntur lanis, quod crassum est, occi-
dunt, gregem autem Domini non pascunt, quod
infirmum non consolidant, & quod egrotum
non sanant. Quis nostrum tantam præstat
solicitudinem pro ovibus Christi, quantam
præstitit Jacob erga greges iniqui focii sui,
Labanis? Gen. XXX. 26. 29. & cap. XXXI.
40. Recte Gregorius Lib. VII. Epist. 48. Si sic
laborat & vigilat, qui pavit oves Laban, quanto
labore, quantisq; vigiliis debet intendere, qui pa-
scit oves Dei? cui etiam divina & cælestia præ-
mia sunt promissa. Quid non subeunt Medici,
ut periculis corporibus brevem lucis usuram
prorogent? Nonne animarum salus nobis
tanto magis curæ esse debet, quanto anima
corpore præstat, quanto etiam merces æ-
terna Concionatori parata omnes superat
caducos quæstus. Ingens profectò crimen
est, si æternâ salute privet, quos salvare potu-
isset, Esaias LVI. 10. 11. de Prophetis seu Epi-
scopis, qui ignaviter docendi aut concionan-
di funguntur officio, vel commissū sibi gregē
non tuentur à lupis, dicit, quod sint *speculato-
res cæci*, i. e. ignorantes, *canes muti latrare non
valentes*, sie können nicht bellen / *torpentes,
jacentes, somno indulgentes*, *canes avidissimi;
geitzige / begierige Hunde* / etiam ubi maxi-
mè pascuntur, vel saginantur, *saturari ne-
scii*,

*scii, pastores minime intelligentes, suumque
 respicientes, ein ieglicher siehet auff seinen
 Gewinnst. Sed cur Canes? Quia (ut inquit
 Drusus in tract. de Proverbiis Sacris num.
 XXIV.) par est ratio Canum & Episcoporum;
 Nam ut hi populum Dei, sic illi pecus custodiunt.
 Unde pecuarii canes dicti sunt: quos oportet
 oves a ferarum injuriâ defendere, & si conspexerint
 advenientem lupum, debent eum latratu
 suo vel fugare, vel saltem prodere. Quod nē
 faciant, inutiles existunt suis beris. Apostolus
 in Oratione suâ Synodicâ Actor. XX. 28.
 hortatur Episcopos & Presbyteros Epheso
 ad se accersitos, ut in salutem rûm suam, rûm
 aliorum toto pectore, omniq; curâ & cogi-
 tatione incumbant; & oportere, inquit, attendi-
 te vobis ipsis & toti gregi, in quo vos Spiritus S.
 constituit Episcopos, ad pascendum Ecclesiam Dei,
 quam acquisivit suo sanguine. Hinc patet, E-
 piscopi nomen sollicitudinis esse & curæ.
 Quapropter absit omne tædium, ignavia, de-
 sidia & somnolentia in curando grege, absit
 infidelitas & negligentia. Quos Archi-Epi-
 scopus noster, Christus Jesus *ἡγίασε καὶ ἑαυ-
 τὸν ἑαυτοῦ ἑἰς διακονίαν* I. Tim. I. 12, h. e. fideles
 duxit, adeoque vocatione, institutione &
 donis necessariis gratiosè concessis, fideles
 fecit, & in ministeriū posuit, illi etiam sese ex-
 hibe-*

habeant *πιστὶς ἡγάτα, καὶ ἀγάπη*. 1. Cor. IV. 2.
 Eph. VI. 21. B. D. Dannhadv. Tom. I. Theol.
 Consc. part. II. spec. Dial. 3. quæst. 15. pag.
 1008. quærit; *Quare unâ officium Ministerii
 ad conscientia usque securitatem absolatur?*
 & respond. FIDE. Ex fide præstitâ conscientia,
 quâ unâ virtute totum Ministri officium conti-
 netur, quam unam præstare omnis tenetur, se-
 licitatem successus nullus, ut sit mens conscia re-
 cti. 1. Cor. IV. 1. 2. --- Fide inquam eâ, quâ mi-
 nistrum frugi in domo privatâ ornat, quam suo
 Philemoni debuit Onesimus, quæ porrigitur in u-
 niversam domum herilem &c. Non faciant of-
 ficiū suum inviti, quod illis proprium, qui
 de molestiis curæ pastoralis perpetuò con-
 quervuntur, qui Conciones suâ vel negligenti-
 riâ vel aliâ culpâ crebrò omittunt, & sic ple-
 bem Christianam suo fraudant pabulo, vel e-
 tiam aliis vices suas demandant, & ipsi inter-
 rim vel otio indulgent vel seculi negotia tra-
 ctant. Huc pertinet Canon Apostolicus: *Epi-
 scopus aut Presbyter clerum aut populum negli-
 gens, nec in pietate erudiens, deponatur.* Nam
 quod ajūt in Romanâ Curiâ; *Episcopos per ali-
 os prædicare posse*, ad id benè respondit ille, qui
 dixit; *Qui per alium prædicat, habebit salutem
 vicariam, sed pœnam personariam ibit in Ge-
 hennam per, se in Paradisum per alium, apud*
 Mor-

Mortonum de Notis Eccl. Apolog. Catholic. lib. I. cap. 20. Amori facilia omnia, adeò ut Bernhardus recte dicat; *Amor ubi est, labor non est.* Serm. 86. in Cant. Et Hieronymus; *Nihil amantibus durum, nullus labor difficilis.* Nihil præter vel contra voluntatem Dei, qui Episcopos eos constituit, & cujus Ministri & Oeconomi sunt, Act. XX. 28. Tit. I. 7. gerant, mutant, innovovent, sed Deo & Ecclesiæ suam fidelitatem in omnibus approbent & omnia non nisi ad Dei gloriam referant. D. Morlinus, in Ephoriâ Brunsvicensi B. Chemnitii Antecessor, & acerrimus doctrinæ Lutheranae defensor, Pastores recentes admonere solebat his verbis; *Arbeite redlich/ meine es treulich/ und bethe fleißig.* Ast potius audiamus Apostolum Timotheum suum sic informantem. 2. Tim. IV. 5. *At Tu vigila in omnibus, malum perfer, opus perage Evangelista,* τὴν διακονίαν σὺ πλεροφύου, (metaphora sumpta est à navibus justo onere impletis, quæ secundis ventis, plenis velis, omnis sufflaminatiōis securæ in portum decurrunt,) *ministerii tui plenam fidem facito,* Lutherus; *richte dein Ämbt redlich aus.* διακονίαν itaque πλεροφύειν est, omnes Ministerii sibi demandati partes, sincere, fideliter, alacriter, constanterque obeundo, plenissimè, lætissimeque omnibus de-

mon-